2408. b. 25.
1 - 2

BRITISH MUSEUM

PRECES MATUTINÆ.

¶. Pſalmi menſtruâ Serie recurrentes.
¶. Poſt Doxologiam Pſalmos claudentem.

Omnes.

TE Deum, Patrem ingenitum; Te Filium Dei unigenitum; Te Spiritum ſanctum Paracletum; ſanctam et individuam Trinitatem; toto Ore et Corde confitemur; laudamus Te, et benedicimus Tibi Honore et Gloria in Sæcula.

Solus.

Benedicamus Patri et Filio cum Spiritu ſancto.

Omnes.

Laudemus et ſuper-exaltemus Eum in Sæcula.

Solus.

Oremus.

OMnipotens Deus, qui Nos ad Principium hujus Diei pervenire feciſti, tuâ nos hodie ſalva Virtute, et concede ut hoc Die ad nullum inclinemus Peccatum, nec

ullum incurramus in Periculum, ſed ſemper ad tuam Juſtitiam faciendam noſtra procedant Eloquia, dirigantur Cogitationes et Opera, per Dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui Tecum vivit et regnat, in Unitate Spiritûs ſancti, Deus per omnia Sæcula Sæculorum. Amen.

Omnes.

DEUS miſereatur noſtri, et benedicat nobis; illuminet Vultum ſuum ſuper nos, et miſereatur noſtri, ut cognoſcamus in Terra Viam tuam, in omnibus Gentibus ſalutare tuum.

Solus.

Confiteantur Tibi Populi, Deus.
Confiteantur Tibi Populi omnes.

Omnes.

Lætentur et exultent Gentes, quoniam judicas Populos in Æquitate, et Gentes in Terra dirigis.

Solus.

Confiteantur Tibi Populi, Deus.
Confiteantur Tibi Populi omnes.

Omnes.

Terra dedit Fructum ſuum, et benedicat nobis Deus, Deus noſter; benedicat nobis Deus, et metuant Eum omnes Fines Terræ.

Solus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui ſancto.

Omnes.

Sicut erat in Principio, eſt nunc, et ſemper erit in Sæcula Sæculorum. Amen.

Solus.

Κύριε ἐλέησον.

Omnes.

Χρίστε ἐλέησον.

Solus.

Κύριε ἐλέησον.

Omnes.

PATER noſter qui es in Cœlis, ſanctificetur Nomen tuum; adveniat Regnum tuum, fiat Voluntas tua ſicut in Cœlo, ſic etiam in Terra; Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, et remitte nobis Debita noſtra, ſicut et nos remittimus Debitoribus noſtris; et ne nos inducas in Tentationem, ſed libera nos à Malo; quia tuum eſt Regnum, Potentia, et Gloria, in Sæcula Sæculorum. Amen.

Omnes.

CREDO in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli et Terræ; et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum; qui conceptus eſt de Spiritu ſancto; natus ex Maria Virgine; paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus; deſcendit ad inferos, tertio Die reſurrexit a mortuis, aſcendit ad Cœlos, et ſedet ad Dexteram Dei Patris Omnipotentis, inde venturus eſt judicare vivos et mortuos. — Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem,

Remiſſionem Peccatorum, Carnîs Reſurrectionem, et Vitam æternam. Amen.

Solus.

Oſtende nobis, Domine, Miſericordiam tuam.

Omnes.

Et ſalutare tuum da nobis.

Solus.

Dignare, Domine, Die iſto,

Omnes.

Sine Peccato nos cuſtodire.

Solus.

Miſerere noſtrî, Domine.

Omnes.

Miſerere noſtrî.

Solus.

Fiat Miſericordia, Domine, ſuper nos.

Omnes.

Quemadmodum nos ſperavimus in Te.

Solus.

Domine, Deus Virtutum, converte nos.

Omnes.

Oſtende Faciem tuam, et ſalvi erimus.

Solus.

Domine, exaudi Orationem meam.

Omnes.

Et Clamor meus ad Te veniat.

Solus.

Solus.

Oremus.

AUDI Preces noſtras, æterna Patris Sapientia, Domine Jeſu Chriſte, qui humanæ Naturæ Docilitatis, Memoriæ, et Intelligentiæ Commodum addidiſti; adde, quæſumus, ad Naturæ noſtræ Propenſionem Auxilium Gratiæ tuæ, ut Literas et liberales Diſciplinas citius perdiſcamus, ſed tuæ Gloriæ ſervituras, quarum Adminiculis adjuta Mens noſtra, Cognitionem plenius aſſequatur Tui, quem nôſſe humanæ Fælicitatis Summa eſt, utque ad tuæ ſanctiſſimæ Pueritiæ Exemplar, indies proficiamus, Ætate, Sapientia, et Gratia apud Deum et apud Homines. Amen.

QUæſumus, Omnipotens Deus, ut Famulus tuus, Rex noſter, Georgius, qui de tuâ Miſeratione ſuſcepit Regni Gubernacula, Virtutum etiam omnium percipiat Incrementa, quibus decenter ornatus, Vitiorum Voraginem devitare, Hoſtes ſuperare, et ad Te, qui Via, Veritas, et Vita es, gratioſus valeat pervenire, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

AGimus Tibi Gratias, Omnipotens et ſempiterne Deus, pro *Thomâ White* Milite, et Fundatore noſtro defuncto, ac Aviciâ et Joannâ Uxoribus ejus, quorum Bene-

Beneficiis, hìc ad Pietatem et ad Studia Literarum alimur; rogantes, ut nos, his Donis ad tuam Gloriam recte utentes, unà cum illis ad Resurrectionis Gloriam immortalem perducamur, per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Solus.

Benedicamus Domino.

Omnes.

Deo Gratias.

PRECES VESPERTINÆ.

¶. Pſalmi menſtruâ Serie recurrentes.
¶. Poſt Doxologiam Pſalmos claudentem.

Omnes.

TE Deum, Patrem ingenitum, Te Filium Dei unigenitum, Te Spiritum ſanctum Paracletum, ſanctam et individuam Trinitatem, toto Ore et Corde confitemur; laudamus Te, et benedicimus Tibi Honore et Gloriâ in Sæcula.

Solus,

Benedicamus Patri et Filio cum Spiritu ſancto. *Omnes.*

Laudemus et ſuper-exaltemus Eum in Sæcula. *Solus.*

Oremus.

ILlumina, quæſumus, Domine Deus, Tenebras noſtras, et totius Noctis Inſidias a nobis repelle propitius; per Dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum, Filium tuum. Amen.

Omnes.

DEUS miſereatur noſtrî, et benedicat nobis; illuminet Vultum ſuum ſuper nos, et miſereatur noſtrî, ut cognoſcamus in Terrâ Viam tuam, in omnibus Gentibus ſalutare tuum. *Solus.*

Solus.

Confiteantur Tibi Populi, Deus.
Confiteantur Tibi Populi omnes.

Omnes.

Lætentur et exultent Gentes, quoniam judicas Populos in Æquitate, et Gentes in Terrâ dirigis.

Solus.

Confiteantur Tibi Populi, Deus.
Confiteantur Tibi Populi omnes.

Omnes.

Terra dedit Fructum ſuum, et benedicat nobis Deus, Deus noſter, benedicat nobis Deus, et metuant Eum omnes Fines Terræ.

Solus.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui ſancto.

Omnes.

Sicut erat in Principio, eſt nunc, et ſemper erit in Sæcula Sæculorum. Amen.

Solus.

Κύριε ἐλέησον.

Omnes.

Χρίστε ἐλέησον.

Solus.

Κύριε ἐλέησον.

Omnes.

PATER noſter qui es in Cœlis, ſanctificetur Nomen tuum; adveniat Regnum tuum; fiat Voluntas tua, ſicut in Cœlo, ſic etiam in Terra; Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, et remitte nobis Debita noſtra

noſtra, ſicut et nos remittimus Debitoribus noſtris; et ne nos inducas in Tentationem, ſed libera nos a Malo; quia tuum eſt Regnum, Potentia, et Gloria, in Sæcula Sæculorum. Amen.

Omnes.

CREDO in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli et Terræ; et in Jeſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum; qui conceptus eſt de Spiritu ſancto; natus ex Maria Virgine; paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus; deſcendit ad inferos, tertio Die reſurrexit a mortuis, aſcendit ad Cœlos, et ſedet ad Dexteram Dei Patris Omnipotentis, inde venturus eſt judicare vivos et mortuos. — Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum Communionem, Remiſſionem Peccatorum, Carnîs Reſurrectionem, et Vitam æternam. Amen.

Solus.

Oſtende nobis, Domine, Miſericordiam tuam.

Omnes.

Et ſalutare tuum da nobis.

Solus.

Dignare, Domine, Nocte iſtâ,

Omnes.

Sine Peccato nos cuſtodire.

Solus.

Miſerere noſtrî, Domine.

Omnes.

Miſerere noſtrî.

Solus.

Solus.

Fiat Miſericordia, Domine, ſuper nos.

Omnes.

Quemadmodum nos ſperavimus in Te.

Solus.

Domine, Deus Virtutum, converte nos.

Omnes.

Oſtende Faciem tuam, et ſalvi erimus.

Solus.

Domine, exaudi Orationem meam.

Omnes.

Et Clamor meus ad Te veniat.

Solus.

Oremus.

PATER Luminum, nos in Tenebris denſiſſimis verſamur, et Tenebras nobiſcum circumferimus; Tu, Deus, es Lux noſtra, illumina Mentes noſtras, ut Veritatem, quæ ipſe es, cognoſcamus, ſequamur, teneamus; fac nos ſapientiores et meliores, ut in alios quoque de iſto Lumine transfundamus quod nobis impertieris; Quæ verò nos docueris, da eas Mentes, ne in vana Oſtentatione conſumamus, neve alios bonos reddamus, noſmetipſos arrogantes et malos, ſed primum ad noſtram Utilitatem convertamus, deinde Proximorum; ut Lucis et Beneficii tui Effectus in nos potiſſimum ſentiamus, et a nobis in alios dimanent, quos Tu per nos inſtitui juſſeris; per Dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum, Filium tuum. Amen.

QUæſumus, Omnipotens Deus, ut Famulus tuus, Rex noſter Georgius, qui de tuâ Miſeratione ſuſcepit Regni Gubernacula, Virtutum etiam omnium percipiat Incrementa, quibus decentèr ornatus, Vitiorum Voraginem devitare, Hoſtes ſuperare, et ad Te, qui Via, Veritas, et Vita es, gratioſus valeat pervenire, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

AGimus Tibi Gratias, Omnipotens et ſempiterne Deus, pro *Thomâ White* Milite, et Fundatore noſtro defuncto, ac Avicia et Joanna Uxoribus ejus, quorum Beneficiis hìc ad Pietatem et ad Studia Literarum alimur, rogantes, ut nos, his Donis ad tuam Gloriam rectè utentes, unà cum illis ad Reſurrectionis Gloriam immortalem perducamur, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Solus.

Benedicamus Domino.

Omnes.

Deo Gratias.

28 MR 59